

Sammelband von Dina



U. g. 1975

DISPUTATIONIS SECVN-
DAE THEMATA

DE LEGIBVS
CONSTITVTIONIBVS
PRINC. ET CONSVETVDINE

DESVMPTA EX S. CONSTAT AVTEM
& seqq. Inst. de Iure. N. G. & C.

Q V Æ

DEO FORTVNANTE
SVB PRÆSIDIO & PATROCINIO

Nobiliss. & Consultiss. viri Dn.

ARNOLDI DEREYGER I. V. D.

ET IN IENENSIVM ACADEMIA PRO-
fessoris publici dignissimi,

*In privato Inst. Collegio defendere
studebit*

LAZARVS PÖCKELIVS
RATISPONENSIS

Ad diem X. Iunij hora & loco
consueto.

Cicero 2. offic.

Iuris civilis summo semper in honore fuit
cognitio & interpretatio.

I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCXCIV.

NOBILITATE ERV-
ditione, virtuteque, præ-
stantibus adolescen-
tibus:

DN. ELIÆ VVEINS-
BRUNNER:

DN. MATTHÆO REIT-
MOR Ratisp.

Conterraneis atq; fautoribus suis
plurimum colendis
D. D.

LAZARVS PÖCKELIVS
RATISPONENSIS.





CONTINUATIO.

Cum de prima juris divisione dictum sit, aliud nimirum esse naturale, vel gentium, aliud civile: ad secundam iuris divisionem a formae discrimine sumptam transitio deinceps instituenda erit.

THESIS I.



VS I G I T V R A L I V D scriptum est, aliud non scriptum a.

a §. constat autem 3. l. de iur. nat. gent. & civ. l. ius civile est 6. §. 1. ff. de iust. & iure.

I I.

Et scriptum quidem ius est, ut leges, plebiscita, Senatusconsulta, Principum constitutiones magistratuum edicta, prudentum consilia, siue responsa b.

b d. §. Constat a, vers. scriptum. l. d. t. Et quod ibi scriptum ius Iustin. appellat. Papinianus ius civile vocat. l. 7. ff. de iust. & iure.

I I I.

Lex a legendo, vel delectu dicta (Cic. 1. de ll.) iure scripto duntaxat inspecto, generis & speciei nomen est, ut adoptio.

I I I I.

Et lex generaliter sumpta jus civile scriptum recte dicitur estque auctore Iulian. jus expresso consensu approbatum c.

c Lex de quibus 32. §. inveterata in fin. ff. de ll. vel ut definitur a Papin. lib. 1. definit.

V.

Lex specialiter accepta est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (veluti Consule) constituebat d.

d §. lex est 4. l. d. t.

A 2

Plebisci-

Perfectum nihil nisi q or
Lex stat
Haec est non
p ter iuris a quo ius facta
q bo Cicerone in topicis ius
D q 22. Et tis, roby ius
iurispentiae auctoritate
q d ratiōem iuris
sisti & simul q ius
singl Cicerone iurispentiae
iuris dicitur p.



VI.

Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituebat, quod non minus quam lex, lege Hortensia lata valere coepit e.

e d. §. lex est. vers. plebiscitum. l. d. t. l. 1. ad leg. Aquil. vide l. 2. §. deinde ff. de orig. iur.

VII.

Senatusconsultum est, quod Senatus jubet, atq; constituit f. Quod tamen jus magis est, quam lex g.

f §. Senatusconsultum 5 l. d. t. g l. Non ambigitur 9. ff. de ll.

VIII.

Sed & quod Principi placuit, vel per Epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, legis vigorem habere constat: propterea quod lege regia populus ei & in eum h omne suum imperium concessit.

h §. sed & quod principi l. d. t. l. 1. §. quodcumq; ff. de constit. pri. d. l. 2. §. ita in civitate ff. de orig. iur.

IX.

Hæc sunt, quæ vulgò constitutiones i appellantur: quarum quædam generales sunt, quædam personales k.

i constitutio est lex in scriptis promulgata, ut colligitur ex rubr. X. de const. k d. §. sed & quod, vers. hæc sunt. l. d. t. l. 1. C. de constitut.

X.

Generales omnes tenent: personales non transgrediuntur l. l dd. iurib. l. 2. C. de legib.

XI.

Quod ad unum aliquem privatam duntaxat pertinet, ius singulare & speciale, item privilegium dicitur m.

m D. Borch. ad §. fina. l. De iust. & iur.

XII.

Et sunt duplicia privilegia, alia causæ alia personæ n.

n l. privilegia 136. ff. de R. l.

XIII.

Princeps cum abrogandi & rogandi iuris potestatem habeat, auctoritate legibus solutus est, honestate tamen & ratione naturali iis se alligatum piè profitetur o.

o l. 31. ff. de leg. l. 4. C. eod. §. ult. inst. quib. mod. test. infir. VVseeb. in parat. C. de ll. & Novell. 7.

Præto-

Abst. 2 f. circa pr. C. f. frus. hb. De p. pers. l. t. f.

XIV.

Prætorum quoq; edicta non modicam juris auctoritatem obtinent p.

p Prætorium quoq; 7. inst. d. t.

XV.

Hi ius civile interdum adiuvabant interdum supplebant interdum corrigebant q. Huius iuris portio quadam est edictum, quod ædiles Curules proponebant r.

q d. l. ius a. civile ff. de iust. et iur. §. 1. l. de bon. poss. r d. §. Prætorum.

*vid. Borch. c. 5. n. 44
et præf. de res. ab. in par.
tuo.*

XVI.

Postrema iuris scripti species sunt responsa prudentum, quæ sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de iure respondere: à quorum auctoritate iudici recedere non licebat s.

s §. responsa prudentum. 8. Inst. d. t. l. 2. §. Vi obiter ff. de Orig. iuris. Vide Cuiac. in L. Gallus ff. de lib. et posth. et lib. 7. obser. c. 25. Petr. Fab. lib. sing. de iustitia et iure. Connan. 1. Comment. iur. civ. c. 15. n. 3.

*Inter constare sine scripto
Ius huius 2. si ita in Cuiac
Jo. F. Sigo non per iuris
scripti R. Pomponius in*

XVII.

An autem eandem adhuc auctoritatem Dd. opiniones obtineant dubitari potest? Et eas probabiles tantum non necessarias esse putamus t.

t l. 1. §. Sed neq; C. de Vet. iur. enuc. et ibi VVesenb. in para.

XVIII.

Recte tamen Iudex facit, qui eas rationi consonas in iudicando sequitur u.

u Myns. in d. §. responsa.

*Cum explicaret originem
proinde rem aliter repeti
p. Sigo ad aliquam iur.
Istare in iustis rebus
ad ius non scriptum eo qd
non est tabulis æneis
scripta ut 22. par. Cuiac
1. q. 8.*

XIX.

Sequitur de iure non scripto, quod consuetudinē appellamus. Consuetudo autem est ius non scriptum quod diuturni mores consensu utentium comprobati introduxerunt x.

x § sine scripto 9. l. b. t. d. l. de quibus 31. §. Invetera de ff. leg.

XX.

Consuetudinis ususque longævi, non vilis est auctoritas y, legem enim imitatur z, eamq; interpretatur a, Ideoque non minus servanda quam lex ipsa scripta b.

A 3

y l. con-

y l. consuetudinis C. que sit longa consuet.

z d. §. sine scripto. l. leges C. que sit long. consuet.

a l. si de interpretatione ff. de leg.

b L. sed ea 35. ff. de ll.

XXI.

Ad perfectam autem & legitimam consuetudinem præcipuè 4. requiruntur: primò, ut sit rationabilis c, secundò, usu sæpè frequentata d, tertiò diuturnitate temporis munita e, quartò tacito populi consensu introdu-
cta b.

c l. 39. quod non ratione ff. de leg. l. 1. C. que sit longa consuet.

d l. 3. C. de adif. priv. d. l. 1. C. que sit long.

e d. §. sine scripto & d. l. de quibus L. sed ea. ff. d. ll. l. 2. C. d. t.

f d. §. sine scripto d. l. de quibus 31. ff. d. ll. Myns. Cent. 6. obs. 41.

XXII.

Cum autem facta probari debeant g, & consuetudo facti sit h eam quoq; ab allegante probari debere rectè concluditur i.

g L. quacunq; ff. de publ. in rem. act.

h Bald. in prælud. feud. nu. 4.

i d. l. 3. C. de adif. privat. & d. l. 1. C. que sit. Myns. cent. 5. obs. 96. D. Borchold ad d. §. sine scripto.

XXIII.

Porro ut lex posterior contraria, ita etiam desuetudo abrogat civilem legem priorem & consuetudinem, quarum ratio vel cessavit, vel minor est, vel minus confert k.

k §. Sed naturalia 11. I. h. t. L. ult. ff. de const. princip. d. l. 31. de quibus in fine. Gail. obs. 31. n. 5. & obs. 124. n. 2. c. in istis temporalibus. 4. dist. 5.

XXIV.

Sed naturalia quidem jura semper firma atq; immutabilia permanent: Civilia verò sæpè mutari solent vel tacito populi consensu, vel alia postea lege lata l.

l d. §. sed natu. 1. h. t. d. l. de quibus in fine. §. finali. 1. d. leg. agnat. tute. arg. legis. nihil tam naturale ff. de R. I. Borch. ad d. §. Sed naturalia ex Aristo.

COROL-

COROLLARIA.

I.

Supra leges naturæ in politica societate tam propter bonos quam malos necessarium fuisse jus positivum, putamus.

II.

Non minorem reverentiam legibus positivis seu humanis quam divinis deberi, statuimus.

III.

Imò jus nostrum Romanum juri Mosaico (excepto tamen decalogo) præferendum, haud sine ratione affirmamus.

IV.

Ad inducendam consuetudinem an decennium sufficiat valde dubitatur? Nos rationibus juris longius tempus requiri demonstrabimus.

Conna. 1. comment. 10. n. 6. Duar. C. 11. ff. de ll. Cuiac. in para. C. quæ sit longa consv. Petr. Fab. 1. semestrium 24. dis. Dd. communiter Gail. 2. obs. 31. n. 3. Donell. 1. comment. 10.

V.

Falsam arbitramur opinionem Dd. qua æquitatem in scriptam & non scriptam dividunt.

Dura. 2. disput. 18. Conna. 1. Comment. 11. Donell. 1. comment. 23.

VI.

Sic neq; ad eam firmandam contradicto iudicio opus esse putamus.

Donell. 1. com. 10. dis. Cuiac. 20. obs. 1.

VII.

Consuetudo quæ contra rationem est, ne annis quidem sexcentis, quibusve etiam actibus potest comprobari.

C. 4. & 5. distinct. 7.

FINIS.

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







II.

DISPUTATIONIS SECVN-
DAE THEMATA

DE LEGIBVS
CONSTITVTIONIBVS

PRINC. ET CONSVETVDINE

DESVMPTA EX §. CONSTAT AVTEM
& seqq. Inst. de Iure. N. G. & C.

Q V Æ

DEO FORTVNANTE

SVB PRÆSIDIO & PATROCINIO

Nobiliss. & Consuleiss. viri Dn.

ARNOLDIDEREYGER I. V. D.

ET IN IENENSIVM ACADEMIA PRO-
fessoris publici dignissimi,

*In privato Inst. Collegio defendere
studebit*

LAZARVS PÖCKELIVS
RATISPONENSIS

Ad diem X. Iunij hora & loco
consucto.

Cicero 2. offic.

Iuris civilis summo semper in honore fuit
cognitio & interpretatio.

I E N Æ

TYPIS TOBIE STEINMANNI.

ANNO CID IO XCIV.